



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Ex p[ri]mo li. machab[...].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

ad prelium. **Et. R.** Impetū  
 inimicoy ne timuerit memo-  
 res estote quō salui facti sunt  
 patres nostri. **Et nūc clame-**  
**mus in celum z miserebit nō-**  
**stri deus noster. P.** Demen-  
 tore mirabiliū ei⁹ que fecit pha-  
 raoni et exercitui eius in ma-  
 ri rubro. **Et nūc. R.** Quia  
 uerit faciem templi coronis  
 aureis z dedicauerunt altare  
 domo. **Et facta ē leticia ma-**  
**gnā in populo. P.** In hymnis  
 z confessionib⁹ benedicebant  
 dominū. **Et. Glā. Et. R.** In  
 hymnis et confessionib⁹ bñdi-  
 cebant dñm. Qui magna fe-  
 cit in israel z victoriā dedit il-  
 lis dñs ops. **P.** Ornauerunt  
 faciem tēpli coronis aureis et  
 dedicauerunt altare domino.  
**Qui. R.** Congregati sūt ini-  
 mici nostri z gliauit in virtute  
 sua. contere fortitudinē illorū  
 dñe z dispge illos. **Et cogno-**  
**scā qz nō est ali⁹ q pugnēt p-**  
**nobis nisi tu dñs noster. P.** Di-  
 sperge illos in virtute tua z de-  
 strue illos protector noster do-  
 mine. **Et. R.** Dixit iudas sy-  
 moni fratri suo. elige tibi vi-  
 ros z vadē libera fratres tuos  
 in galileam ego autē z Jona-  
 thas frater me⁹ ibimus ī ga-  
 ladithim. Sicut fuerit volun-  
 tas in celo sic fiat. **P.** **Et nūc**  
**clamemus ī celū z miserebit**  
**nri dñs nr. Si. Glā. Si. R.**

Hic ē fratrū amator z populū  
 israel Hic est qui multū orat  
 pro populo et vniuersa sancta  
 ciuitate hierusalē. **P.** **Triste**  
**in populo suo mirissimus ap-**  
**paruit Hic. R.** Congrega-  
 te sunt gentes in multitudine  
 vt dimicent contra nos z igno-  
 ramus quid agere debeamus  
 Dñe dñs ad te sūt oculi nostri  
 ne pereamus. **P.** **Aperi oculos**  
**tuos dñe z vide afflictionem**  
**nostram. Domine deus. R.**  
 Tu dñe vniuersorum qui nul-  
 lam habes indigentiam volu-  
 isti templum tuum fieri in no-  
 bis Conserua domum istam  
 immisculatam ī eternū domie  
**P.** **Qui regis israel Conserua**  
**Gloria Con. R.** **Aperi ocu-**  
**los tuos domine z vide affli-**  
**ctionem nostram circunde-**  
**derunt nos gentes ad punien-**  
**dum nos. Sed tu domine ex-**  
**tende brachium tuum z libe-**  
**ra animas nostras. P.** **Con-**  
**gregate sunt gentes in multi-**  
**tudine vt pugnēt contra nos.**  
**Sed. R.** **Dirumpam vincta**  
**plexi mei dicit dñs z dispdam**  
**omīa mala q induxi sup eum.**  
**Et auferaz vniuersum labo-**  
**rem a facie terre z a ciuitate**  
**ista. P.** **Ego sūz protector tu-**  
**us qui deleo iniquitates tuas**  
**Et. Ex pmo li. machab**  
**Factū ē postq̄ percussit**  
**alexāder philippi rex macedo-**

qui primus regnauit in Gre-  
cia egressus de terra cethim da-  
rium regem persarum et me-  
dozum constituit prelia multa  
et obtinuit omnium munitiones  
et interfecit reges terre. Et per-  
transiit usque ad fines terre et ac-  
cepit spolia multitudinis gen-  
tium et siluit terra in conspec-  
tu eius. Et congregauit virtu-  
tem et exercitum forte nimis  
et exaltatum est et eleuatum cor  
eius et obtinuit regiones gen-  
tium et tyrannos et facti sunt  
illi in tributum. Et post hec de-  
cidit in lectum et cognouit quod  
moreret. Et vocauit pueros  
suos nobiles qui secum erant nu-  
triti a iuuentute sua et diuisit  
illis regnum suum cum adhuc  
uideret. Et regnauit Alexan-  
der annis duodecim et mortuus  
est. Et obtinuerunt pueri eius  
regnum unusquisque in loco suo:  
et imposuerunt omnes dyade-  
mata post mortem eius. et fi-  
lij eorum post eos annis multis  
et multiplicata sunt mala in  
terra. Et exiit ex eis radix pec-  
cati antiochus illustris filius  
Antiochi regis qui fuerat rho-  
me obses. et regnauit in anno  
centesimo tricesimo et septimo  
regni grecorum. In diebus illis  
exierunt ex israel filij iniqui et  
suaserunt multis dicentes. Ea-  
rum cum geribus que circa nos  
sunt quod ex quo recessimus ab eis  
inuenerunt nos multa mala.  
Et bonus visus est sermo iocu-  
lis eorum. Et destinauerunt aliquid  
de populo. et abierunt ad regem  
et dedit illis potestatem ut fa-  
cerent iusticiam gentium. Et  
edificauerunt gymnasium in  
hierosolymis secundum leges natio-  
num et fecerunt sibi prepuia  
et recesserunt a testamento san-  
cto et iuncti sunt nationibus per-  
uenundati sunt ut faceret ma-  
lum. Et paratum est regnum  
in conspectu Antiochi et cepit  
regnare in terra egypti ut reg-  
naret super duo regna. Et in-  
trauit in egyptum in multitu-  
dine graui in curribus et elephan-  
tis et equitibus et copiosa nauium  
multitudine. Et constituit bel-  
lum aduersus Ptolomeum re-  
gem egypti et ueritus est Pto-  
lomeus a facie eius et fugit et  
cecidit uulnerati multis et  
comprehendit ciuitates muni-  
tas in terra egypti. et accepit  
spolia terre egypti. Et conuer-  
tit antiochus postquam percussit  
egyptum in centesimo et qua-  
dragesimo et tertio anno. et ab-  
scendit ad israel. et ascendit hie-  
rosolymis in multitudine gra-  
ui. Et intrauit in sanctificati-  
onem cum supbia et accepit al-  
tare aureum et candelabrum lu-  
minis et uniuersa uasa eius et  
mensam propositiois et libatoria

z phialas z mortariola aurea  
 z velum z coronas z ornamen  
 tum aureum quod in facie te  
 pli erat z cominuit omnia. Et  
 accepit argentum et aurum z va  
 sa concupiscibilia z accepit the  
 sauros occultos quos inuenit  
 z sublati omnes abijt in ter  
 ram suam. Et fecit cedere homi  
 num z locutus est in superbia  
 magna. Et factus est plangitio  
 magnus in israel et in omni lo  
 co eorum. Et ingemuerunt pri  
 cipes et seniores z iuuenes et  
 virgines infirmati sunt z spe  
 ciositas mulierum immutata  
 est. Omnis maritus sumpsit  
 lamentum et qui sedebant i tho  
 ro maritali lugebant. Et com  
 mora est terra sup habitantes  
 in ea z vniuersa domus iacob  
 induit confusionem. Et post du  
 os annos dierum misit rex pnci  
 pem tributorum in ciuitates  
 iuda. z venit hierusalē cum tur  
 ba magna. Et locutus est ad  
 eos verba pacifica in dolo: et  
 crediderunt ei. Et irruit super  
 ciuitatem repente z percussit eaz  
 plaga magna. z perdidit popu  
 lum multum ex israel. Et acce  
 pit spolia ciuitatis z succedit  
 eam igni. Et destruxit domos  
 eius z muros eius in circuitu  
 z captiuas duxerunt mulieres  
 z natos z pecora possiderunt. Et  
 edificauerunt ciuitatem dauidmu  
 ro magno et firmo z turribus

firmis. z facta est illis in arcem.  
 Et posuerunt illic gentes pec  
 catricem viros iniquos et con  
 ualuerunt in ea. Et posuerunt  
 arma et escas z congregauerunt  
 spolia hierusalem: z reposuerunt  
 illic et facti sunt in laqueum ma  
 gum. Et factum est hoc ad insi  
 dias sanctificationi z in dyab  
 o bolum magnum in israel sem  
 per. Et effuderunt sanguinem  
 innocentem per circuitum sancti  
 ficationis z contaminauerunt  
 sanctificationem. et sugerunt  
 habitatores hierusalem propter  
 eos. z facta est habitatio exte  
 rorum z facta est exterera semi  
 ni suo: z nati eius reliquerunt  
 eam. Sanctificatio eius deso  
 lata est sicut solitudo dies fe  
 sti eius conuersi sunt in luctum  
 sabbata eius i obprobrium ho  
 mines eius in nihilum. Scdm  
 gliam eius multiplicata est ig  
 nomia eius: z sublimitas eius  
 conuersa est in luctum. Et scrip  
 sit rex antiochus omni regno  
 suo vt esset omnis popul<sup>9</sup> vn<sup>9</sup>.  
 Et reliquerunt vnusquisq; legem  
 suam: z consenserunt omnes gen  
 tes sicut verbum regis antiochi.  
 Et multi ex israel consenserunt  
 ei et sacrificauerunt ydolis et  
 coinquinauerunt sabbatum. Et  
 misit rex antiochus liberos per  
 manus nuntiorum in hierusalem  
 z in omnes ciuitates iudey se  
 queretur leges gentium terre

z perhiberet holocausta z sacrificia et placationes fieri in templo dei et prohiberent celebrari sabbatum z dies solennes. Et iussit coinquinari sca z sanctum populū isrl. Et iussit edificari aras z templa z ydola z imolari carnes sullas z pecora cōmunia. Et relinqre filios suos incircumcisos: z coinquinari animas eoz i omnibz imundicijs z abomiatio nibz ita vt obliuiscerētur legē. et imutarēt om̄s iustificatōes dei. Et quicunqz non fecissent p̄m̄verbū regis antiochi more rentur. Scdm̄ om̄ia p̄ba hec scripsit om̄i regno suo z preposuit p̄ncipes populo qui hec fieri cogerent. Et iusserūt ciuitatibz iude sacrificare. Et cōgregati sunt multi de populo ad eos qui dereliquerant legē dñi z fecerūt mala sup̄ terrā z effugauerūt pplm̄ isrl i abditis z i absconditis fugitiuoz locis. Die quinta decima mēsis calu quinto et quadagesimo z centesimo āno edificauit rex Antiochus abominādū ydolum desolatōnis sup̄ altare dī z p̄ vniuersas ciuitates iude i circuitu edificauerūt aras: et ante ianuas domoz z in plateis incendebant thura z sacrificabant. Et libros leḡs dei cōbuserūt igni scidētes eos z apud quēcūqz inueniebantur libri testamenti dñi. z quicūqz obseruabat legem dñi p̄m̄ edictum regis trucidabant eum. In virtute sua faciebant hec populo israel qui inueniebant in om̄i mense in ciuitatibz. Et quinta et vicesima die mēsis sacrificabant sup̄ aram q̄ erat contra altare z milites q̄ circumcidebant filios suos trucidabātur p̄m̄ iussum reḡs antiochi. Et suspēdebāt pueros a ceruicibz p̄ vniuersos domos eoz z eos qui circumciderant illos trucidabant. Et multi de populo israel diffinierunt apud se vt non manducarent immunda: z elegerunt magis mori q̄ cibis coinquinari imundis. z noluerunt infringere legem dei sanctam z trucidati sunt. Et facta ē ira magna super populum valde. In dieb̄ illis surrexit mathathias filius iohannis filij Symonis sacerdos ex filijs iohanni ab hierusalem z consedit i monte modin. Et habebat filios quinqz Iohannem qui cognominabatur gaddis: z Symeonem qui cognominabatur thasi: z Judam qui cognominabatur machabeus: z eleasarum qui cognominabatur abarō. z ionathan qui cognominabatur apphus. Diuiderūt mala que fiebant populo Iuda et hierusalē: z dixit mathathias

Me mibi: vt quid natus sum  
 videre contritionē poplī mei  
 z contritionē ciuitatis sancte  
 z sedere illīc cum datur ī ma-  
 nibus inimicōz. Scā ī manu  
 extraneoz facta sūt templū e-  
 sicut homo ignobil: vasa glie  
 eius captiua abducta sūt tru-  
 cidati sunt senes eius in plate-  
 is: z iuuenes eius ceciderūt ī  
 gladio inimicōz. Que gens  
 non hereditauit regnum eius  
 z non obrinuit spolia ei? Om-  
 nis compositio eius ablata ē.  
 Que erat libera facta ē ancil-  
 la. Et ecce sancta nostra z pul-  
 chritudo nostra: z claritas no-  
 stra desolata est: z coinquina-  
 uerūt eam gentes. Quo ergo  
 nob adhuc viuere. Et scidit  
 vestimenta sua mathathias z  
 filij eius et operuerūt se cilicij  
 z planxerūt valde. Et venerūt  
 illuc qui missi erant a rege an-  
 tiocho vt cogèrent eos qui cō-  
 fugerāt ī ciuitatē modin īm-  
 molare et accendere thura: z a-  
 lege dei discedere. Et mlti de  
 populo israel consentientes ac-  
 cesserūt ad eos. Sed matha-  
 thias et filij eius constāter ste-  
 terūt. Et respondētes q̄ missi  
 erāt ab antiocho dixerūt ma-  
 thathie. Princeps z clarissim⁹  
 z magnus es ī hac ciuitate:  
 z ornatus filijs z fratrib. Et  
 go accede prior z fac iussuz re-  
 gis sicut fecerūt omnes gentes

z vtri iuda: z qui remanserunt  
 ī hierusalem: z eris tu et filij  
 tui inter amicos regis z am-  
 plificatus auro z argēto z mu-  
 nerib⁹ mult⁹. Et respōdit ma-  
 thathias z dixit magna voce.  
 Et si omnes gentes regi Anti-  
 ocho obediunt vt discedāt v-  
 nusquisq̄ a seruitute legis pa-  
 trum suoz z consentiāt man-  
 datis eius ego z filij mei z fra-  
 tres mei obediemus legi p̄m  
 nostrorum. Propicius sit nob  
 deus non est nobis vtile relin-  
 quere legem z iusticias dī. nō  
 audiemus verba regis antio-  
 chi nec sacrificabimus trans-  
 gredientes legis nostre māda-  
 ta vt eamus altera via. Et vt  
 cessauit loqui verba hec accel-  
 sit quidam iudeus ī omniuz  
 oculis sacrificare ydolis super  
 aram ī ciuitate Modin fm  
 iussum regis. Et vidit Ma-  
 thathias z doluit. z contremu-  
 erunt renes eius. Et accensus  
 est furor eius scdm iudicium  
 legis. z insiliens trucidauit  
 eum super aram. Sed et vi-  
 rum quē rex Antiochus mi-  
 serat qui cogebat immolari oc-  
 cidit ī ipso tempore. z aram  
 destruxit: z zelatus est legem  
 sicut fecit Phinees Sambri  
 filio Salomi. Et exclama-  
 uit Mathathias voce mag-  
 na ī ciuitate dicens. Omis  
 q̄ zelum habet legis statuens

testamentum exeat post me. Et fugit ipse et filij eius in montes et reliquerunt quecumque habebant in ciuitate. Tunc descenderunt multi querentes iudicium et iusticiam in desertum. et sederunt ibi ipsi et filij eorum et mulieres eorum et pecora eorum quoniam iniam indurauerunt super eos mala. Et renunciatum est viri regis et exercitui qui erant in hierusalem ciuitate dauid quoniam niam discessissent viri quidam qui dissipauerunt mandatum regis in loca occulta in deserto. et abiissent post illos multi. Et statim prexerunt ad eos et constituerunt aduersus eos prelium in die sabbatorum. Et dixerunt ad eos. Resistitis et nunc ad huc. Exite et facite secundum verbum regis antiochi et viuetis. Et dixerunt Non exhibimus neque faciemus verbum regis vt polluamus diem sabbatorum. Et concitauerunt aduersus eos presulum et non responderunt illis. nec lapidem miserunt in eos nec operi lauerunt loca occulta dicentes. Honoriamur omnes in simplicitate nostra et testes erunt super nos celum et terra quod iniuste perditis nos. Et intulerunt illi bellum sabbatum et mortui sunt ipsi et uxores eorum et pecora eorum usque ad mille annos hominum. Et cognouit mathathias et amici eius et luctum habuerunt super eos valde. Et dixit vir primogenitus suo. Si omnes fecerimus sicut fratres nostri fecerunt et non pugnauerimus aduersus gentes pro animabus nostris et iustificationibus nostris citius disperdet nos a terra. Et cogitauerunt in illa die dicentes. Omnis homo qui cumque venerit ad nos in bello die sabbatorum pugnemus aduersus eum et non moriemur omnes sicut mortui sunt fratres nostri in occultis. Tunc congregata est ad eos synagoga iudeorum fortis viribus ex israel. Omnis voluntarius in lege et omnes qui fugiebant a malis additi sunt ad eos et facti sunt illis ad firmamentum. et collegerunt exercitum et percusserunt peccatores in ira sua: et viros iniquos in indignatione sua et ceteri fugerunt ad nationes vt euaderent. et circiuit mathathias et amici eius et destruxerunt aras et circumciduerunt pueros incircumcisos quos inuenerunt in finibus israel in fortitudine. et persecuti sunt filios superbie et prosperatum est opus in manibus eorum. Et obtinuerunt legem de manibus gentium et de manibus regum. et non dederunt cornu peccatores. Et appropinquauerunt dies mathathie moriendi: et dixit filiis suis. Nunc confortata est superbia et castigatio et tempus euerit

onis et ira indignationis. Nunc ergo o filij emulatores estote legis et date animas vestras pro testamento patrum. et memore totius operum patrum que fecerunt in generationibus suis et accipietis gloriam magnam et nomen eternum. Abrahā nōne in temptatōe inuentus est fidelis et reputatus est ei ad iusticiam. Joseph in tpe angustie sue custodiuit mandatum et factus ē dominus egypti. Phinees pater noster zelando zelum dei accepit testamētum sacerdotij eterni. Jesus dū impleuit verbum factus est dux in israel. Caleph dum restituitur in ecclesia accepit hereditatem. Dauid in sua misericordia consecutus ē sedes regni in secula. Helyas dū zelat zelum legis receptus ē in celum. Ananias azarias misa et credentes liberati sūt de flamma. Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum. Et ita cogitate per generationes et generationes: quod omnes qui sperant in eum non infirmantur. et a verbis viri peccatoris ne timueritis quod gloria eius stercus et vermis est. hodie extollitur et cras non inuenietur. quod conuersus est in terram suam: et cogitatio eius perijt. Vos ergo filij confortamini et viriliter agite in lege quod cum feceritis que vobis precepta sunt

in lege a domino deo vestro in ipsa gloriosi eritis. Et ecce symon frater vester scio quod vir consilij est ipsum audite semper et ipse erit vobis pater: Et Judas machabeus fortis viribus a iuuentute sua sit vobis princeps militie et ipse ager bellum populi. et adducetis ad vos omnes factores legis et vindicare vindictam populi vestri. Retribuite retributionem gentibus et intendite in preceptum legis. et benedixit eos et appositus est ad pres suos. et defunctus ē centesimo et quadragesimo sexto anno. et sepultus ē a filiis suis in sepulchris patrum suorum in modum: et planxerunt eum omnes israel planctu magno. Tu autem **In dñica prima kalen. nouembriis imponit hie storia. Vidi dominum vt infra et legitur ezechiel et daniel cum prophetis minoribus vsq ad aduentum dñi. Eadem ergo nocte in primis scz vespis canit sup mag. vel post primū hñd. anni. Vidi dñm sedentē sup solium excellū. et plena erat omnis terra maiestate eius. et ea que sub ipso erāt replebāt templū. Caplin et coll. tra de dominica futura. Sequentes vero añ dicitur sup mag. vel post primū hñd in primis vel. dñicaz noctium. añ. Super muros tuos hierlm pstitui custodes**



tota die et nocte non tacebunt  
 laudare nomen domini. **An.**  
 Qui celorum continens throno  
 nos et abyssos intueris domine  
 rex regum montes ponderas:  
 terram palmo concludis: ex  
 audi nos in gemitibus nostris  
 alla. **an.** Sustinuimus pacem  
 et non venit domine quesiuimus  
 bona et ecce turbatio cognouimus  
 domine peccata nostra non in eter  
 num irascaris nobis deus israhel  
**Si occurrerint quinq[ue] domi  
 nice sub hac hystoria repetat  
 vna ex prescriptis anti. In b[er]  
 mis vel. vltime d[omi]nice. R.** Vi  
 di dominum sedentem super soli  
 um excelsum et eleuatum. et ple  
 na erat omnis terra maiestate  
 eius. Et ea que sub ipso erant  
 replebant templum. **R.** Sera  
 phin stabant super illud sex ale  
 vni et sex ale alteri. **Et. R.**  
 Aspice domine de sede sancta  
 tua et cogita de nobis inclina  
 deus meus aurem tuam et audi  
 Aperi oculos tuos et vide  
 tribulationem nostram. **R.** Qui  
 regis israhel intende Aperi. **R.**  
 Aspice domine quia facta est desola  
 ta ciuitas plena diuitijs sedet  
 in tristitia domina gentium.  
 Non est qui consoletur eam nisi  
 si tu es. **R.** Plorans plorauit  
 in nocte et lachryme eius in ma  
 nibus eius. Non Gloria. **Non. R.**  
 Super muros tuos hierusalem  
 constitui custodes. Tota die  
 et nocte non tacebunt laudare no  
 men domini. **R.** Qui reminiscas  
 mihi dominum ne taceatis et ne  
 detis silentium ei. Tota. **R.**  
 Duro tuo inerpugnabili cir  
 cūcinge nos domine et armis tue  
 potentie protege nos semper.  
 Libera domine deus israhel cla  
 mantem ad te. **R.** Qui regis  
 israhel. Libera. **R.** Sustinuimus  
 pacem et non venit quesiuimus  
 bona et ecce turbatio  
 cognouimus domine peccata nos  
 tra. Non in perpetuum obliuiscaris  
 nos. **R.** Peccauimus cum  
 patribus nostris iniuste egimus  
 iniquitatem fecimus. **Non. R.**  
 Visit dominus angelum suum  
 et conclusit ora leonum.  
 Et non me contaminauerunt  
 quia coram eo iusticia inuenta  
 est in me. **R.** Visit deus misericordiam  
 suam et veritatem suam  
 animam meam eripuit de medio  
 catulorum leonum. **Et. R.**  
 Angustie mihi sunt videntes et  
 quid eligam ignoro. **Deus**  
 est mihi incidere in manus hominum  
 quoniam derelinquere legem  
 dei mei: **R.** Si enim hoc egero  
 mors mihi est: si autem non egero  
 non effugiam manus vestras.  
**Deus. R.** Laudabilis populus  
 quem dominus exercituum  
 benedixit dicens opus  
 manuum mearum tu es. **Beata**  
 reditas mea israhel. **R.** Beata  
 gens cuius est dominus deus eius populus

pulus quē elegit in hereditatē  
 sibi Hereditas. **R.** Redimet  
 dñs populū suū ⁊ līderabit es  
 os et veniet et exultabūt ī mō  
 te syon. et gaudebūt de bonis  
 dñi sup frumētō vīno et oleo.  
 Et vltra non esurient. **A.**  
 fructu frumentī vīni et oleī sui  
 multiplicari sunt. **Et.** **A.**  
 facie furoris tui deus contur  
 bata est omīs terra sed tu do  
 mie miserere. **Et ne** facias cō  
 summationem. **T.** Conuerte  
 nos deus salutaris noster: et  
 auerte iram tuam a nob. **Et.**  
**Fluctus** tui sup me transle  
 runt et ego dixi expulsus sum  
 ab oculis tuis. **P.** Putas vide  
 bo templum sanctum tuū. **A.**  
 Abyssus vallauit me ⁊ pela  
 gus cooperuit caput meum.  
**P.** Putas videbo templum san  
 ctum tuum. **A.** Indicabo tū  
 bi homo qd sit bonū aut qd  
 dominus requirat a te facere  
 iudiciū et iusticiā **Et sol.**  
 licitum ambulare cuz dō tuo.  
**S.** Spera in dño ⁊ fac bonita  
 tem inhabita terram ⁊ pasce  
 ris in diuitijs eius: **Et sol.** **R.**  
 Genti peccatrici populo ple  
 no peccatis. **D.** Miserere domie  
 deus. **E.** Esto placabilis sup  
 nequicia populī tui. **D.** Miserer  
 e civitatem istam tu circū  
 da domine et angeli tui custo  
 diāt muros eius. **E.** Exaudi do  
 mine populum tuum cum mi

sericordia. **Qui** regis isra  
 el **E.** Exaudi dñe populū tuū  
**Qui** celoz ⁊ trines thronos et  
 abyssos intueris domie rex re  
 gum montes ponderas terraz  
 palmo cōcludis **E.** Exaudi nos  
 deus ī gemitibz nris. **Qui**  
 regis israel. **E.** Exaudi nos de  
 us in gemitibus nostris.

**Incipit esechiel propheta:**

**A.** Factum est in tricesi  
 mo anno in quarto ī qñ  
 ta mensis cum essem in medio  
 capitūorum iuxta fluiū cho  
 bar aperti sunt celi ⁊ vidi vi  
 siones dei in quinta mēsis ip  
 se est annus quintus transmi  
 grationis regis Joachīm. **Fa**  
 ctum est verbum dñi ad **E.** **Es**  
 chielem filium Buzi sacerdo  
 tem in terra chaldeorum se  
 cus flumen Chobar. **Et fas**  
 tra est super eum ibi man<sup>9</sup> do  
 mini. **Et vidi:** et ecce ventus  
 turbinis veniebat ab aquilo  
 ne ⁊ nubes magna ⁊ ignis ins  
 uoluens. **Et splendor** in cir  
 cuitu eius. et de medio eius  
 quasi species electri id est de  
 medio ignis. **Et in medio es**  
 ius similitudo quattuor ani  
 malium: ⁊ hic aspectus eozū.  
**Similitudo** hominis in eis.  
**Et quattuor** facies vni ⁊ qñ  
 tuor penne vni. **Et pedes** eozū  
 pedes recti. ⁊ planta pe  
 dis eozū quasi plāta pedis  
 vituli et scintille qñ aspectus  
 gg iij